IN DEI NOMINE AMEN. Nouerint vniuerſi, quod anno à Natiuitate Domini milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo oƈtauo, die vero quæ computabatur trigeſima menſis Septembris, apud Ciuitatem Cæſarauguſtæ præſentis Regni Aragonum, & in Camara Regij Conſilij Ciuilis prædiƈti Regni, interuenerunt & fuerunt præſentes magnifici Domini Antonius Auguſtinus de Mendoza ordinarius Aſſeſſor, Hieronymus Marta, Ioannes Franciſcus Salazar, Dominicus de Eſcartin, & Franciſcus Mirauete Regij Conſiliarij ordinarij, coram quibus fuit poſitus proceſſus Vicarij loci de Villalua, ſuper apprehenſione. In quo omnes quinque domini de diƈto Regio Conſilio concordes fuerunt voti & opinionis, quod Att. Cont. &c. Dominus Regens Officium generalis Gubernationis prædiƈti Regni, tenetur, & debet pronuntiare, & mandare fieri contenta in propoſitione Ioãnis de Torres Præsbyteri Capellani Capellaniæ de los Torres, & Vicarij loci de Torres princ. Petri Hieronymi de Torres Procuratoris, præſtita prius cautione forali alijs propoſitionibus repulſis reſeruatis iuribus reſeruari ſupplicantibus, neutram partium in expenſis condemnando cætera ſupplicata locum non habere. EX EO, & aliàs recipitur propoſitio Ioannis de Torres Pærsbyteri, Capellani Capellaniæ de los Torres, & Vicarij de Torres, quia conſtat de legitimo titulo percipiendi dezimas in territorio apprehenſo, vulgariter nuncupato, el Dezmario de Torres: tum ex antiquiſſimo titulo, ſiue ſententia Vicarij Generalis Epiſcopatus Tiraſoneñ. in Ciuitate Calataiubij reſidentis, nomine Bernardi Ducis, & ſubſequenti poſſeſſione. Tum etiam ex ſententia lata in hac Regia Audientia (ſuper eiſdem bonis, & eodem iure dezimas recipiendi in prædiƈto territorio à vicinis loci de Villalua, & alijs) in qua fuit recepta propoſitio Capellani de Torres, & licet teſtes prædiƈti in hoc proceſſu non probent fuiſſe in poſſeſſione recipiendi, & recuperandi dezimas à vicinis de Villalua

llalua hoc tempore, verum ex testibus in processu Antonij Garcia super apprehensione, productis iam mortuis, de quorum morte in hoc processu constat, apparet prædictum Capellanum de Torres esse in quasi possessione percipiendi dezimas in prædicto territorio, siue dezmario à prædictis de Villalua, & alijs quibuscumque prædicto tempore, quibus adiuuat possessio in hoc processu probata, & cum ius assistat prædicto Capellano de Torres cum prædictum territorium, siue dezmarium sit nuncupatum de Torres, similiter, & suffragentur eidem sententiæ desuper enarratæ, merito eius propositio venit recipienda: repellitur autem propositio Vicarij, & Capituli de Villalua, principalium Francisci Longo Procuratoris, quia præterquã quod veritas, & sententiæ supradictæ oponuntur suæ propositioni nulla remanent legitima probatio suæ possessionis, & iuris in præsenti processu. Tum quia testes de Villalua signi seruitij producti in hoc processu non probant, quia cum sit interesse loci, & Concilij de Villalũa, nulla debet de eis haberi fides. Tum etiã quia alijs testibus, & etiã supradictis de Villalua nulla fides adhibenda est. Deponunt enim à toto tempore suæ memoriæ vsq; nunc, & de præsenti prædictum Vicarium de Villalua fuisse, & esse in possessione recuperandi, & percipiendi dezimas à prædictis de Villalua, & alij quibusdam exceptis in illa partita, siue dezmario pacificè, & quietè absq; contradictione: quam ipsi intelexerint, vnde cum constet hoc processu de sententia Regiæ Audientiæ contra id quod deponunt. Tum etiam de possessione adepta per Capellanum de Torres, in vim prædictæ sententiæ. Tum etiã de appellitu de tollifortiã, & eius executione, tũ de accusatione Vicarij de Villalua, qui attẽtauit percipere à vicinis de Villalua, dezimas, & possessoribus hæreditatũ prædicti territorij, siue dezmario, quæ omnia attingũt tẽpus memoriæ dictorum testium cũ attingant annum millesimum quingẽtesimũ octuagesimũ secũdum, merito dicto eorũ tamquã non

verò

verò nulla fides adhibenda eſt. Neq; obſtat ſi dicatur non deponere in re, ſubſtantiali, deponunt enim in proceſſu apprehenſionis in articulo litis pendentiæ in quo non eſt neceſſaria ſimilis probatio. Quia reſpondetur, quod deponunt in ſubſtantialibus prædicti teſtes, tota enim ſubſtantia prædicti negotij conſiſtit in eo. Tum etiam, quia ſubſtantiale dicitur, quod articulatur in negotio principali. Tum etiam, quia ad præſcribendum contra ſententiam pacifica, y ſine contradictione poſſeſſio deſideratur, maxime in ſpiritualibus, & inter perſonas Eccleſiaſticas vt in præſentiarum: vnde teſtes in ſubſtantialibus deponebant, & ita non tantum in probatione immemorialis, verum in probatione triginariæ poſſeſſionis fides aliqua eiſdem adhibenda non eſt, & quia dictum, nec diuidi, nec ſcindi debet, nec dici poteſt, inconſonumq; & eadem verba in vno probare, & in alio non probare cum iuramentum ſit indiuiduum. Ex quibus reſultat prædictum Vicarium de Villalua nihil probaſſe, & ſic obtenere non debere ex hijs & aliàs. Attent. Content.